



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Adversvs Omnia Catabaptistarvm Prava Dogmata  
Heinrychi Bullingeri lib. IIII**

**Bullinger, Heinrich**

**Tigvri, 1535**

**VD16 B 9759**

Sectas uenire permittit deus ad nostri probationem

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35433**

*Ius 1. Cor. 11. Oportere sectas esse, ut probati manife  
sti fiant. Quemadmodum secerniculum in mola non  
perdit frumentū, sed à paleis purgat: ita triticum pio-  
rum & fidelium hominum ne quaquam perit falsis do-  
ctrinis, sed purgatur potius excusso puluere & palea.*

*Et Ioannes dicit: Exierunt è nobis, sed non erant è no- 1. Ioan. 2.  
bis, nam si fuissent è nobis, mansissent utiq; nobiscum.  
Constantia igitur & fortitudine opus est, nec clavis  
mox abiiciendus, sed undis & procellis fortiter reni-  
tendum. Hæc in tempestate constantia & perseveran-  
tia, argumentum erit nos non leues esse, sed firmiter et  
recte credidisse. Tentationes signa sunt ueritatis, & Tentationē  
prodūt quatenus ueritati crediderimus. SIMON.*

*Recte sentis. Quandoquidem uero te tam beneuo-  
lum erga me ostendis, & semel de hisce rebus cœpi-  
mus, me totum tibi aperiā, uaria de catabaptismo te-  
cum collaturus, si quidem audire me tempus tibi fue-  
rit opportunum. IOIADA. Parebo tibi, tu si  
quid habes profer. SIMON. Miror, si tibi o-  
mnino nihil boni in doctrina catabaptistarū est, nam  
mihi quidem longe aliud uidetur, nempe quædam eo-  
rum non ita infirmiter firmata esse. IOIADA.*

*Omnino hoc boni habet, quod plerosq; cogunt scri-  
pturas euoluere, qui alioqui parū illis studerent. Quæ  
recte docent, nobiscum communia habent, reliqua do-  
cebo falsa & frivola esse, Scripturus sum aliquando*

*quid boni i-  
portem in  
in baptista?*